

COROLLARIA.

1. Qui dicit τὸν λόγον post factam incarnationem uspiam esse extra suam carnem, is solvit personæ unitatem.
 2. Qui facit gradus in adoratione, & superiorem deitati, inferiorem humanitati Christi transscribit, is & Nestorianus est, & à Papismo minimè purus.
 3. Principia Theologiae negat, qui negat omnem potestatem in cœlo & in terra, esse infinitam.
-

DISPUTATIO VI.
DE CHRISTI OFFICIO.
THESIS I.

Tertium genus communicationis est, quando in Christo utraque natura agit, quod sibi proprium est, cum alterius communicatione.

2. Recte hic dicitur agere Christus secundum utramq; naturam: & utraq; natura agere in ipso, quod sibi proprium est, cum alterius communicatione. *Damasc. libr. 3. de orth. fide, c. 15. & 19.*

3. Operatur igitur Christus secundum naturam humanam, non tantum ex ipsius proprietate naturali, sed etiam ex potestate divina, ipsi per unionem communicata. *Damasc. lib. 3 c. 15. 17. 19.*

4. Valeant Jesuitæ cum Scancato, disputantes